



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Tvrriani Societatis Iesv, Aduersùs  
Magdeburgenses Centuriatores pro Canonibus  
Apostolorum, & Epistolis Decretalibus Pontificum  
Apostolicorum, Libri Quinq[ue]**

**Torres, Francisco de  
Coloniae, 1573**

**VD16 T 1629**

Cap. VI. Quomodò ex locis scripturae sanctae de co[n]firmandis fratribus  
in fide per Petrum, co[n]cludatur, super Petrum aedificatam esse  
ecclesiam: & quomodò qui Petrus propriè vocatus est, idem ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29685**

inquit, scilicet cùm Jacobus propter expositionem Petri Principis Apostolorum, & verba prophetarum illi consona, iudicauit non esse legis obseruationem à gentibus requirendam. Omnes igitur, tum Apostoli, tum presbyteri, & omnis ecclesia, firmitatem sententia ex Petri expositione cum Prophetarum testimonij consentiente duxerunt. quam formam vniuersa deinceps concilia ritè habita, tenuerunt, vt eorum decreta non, nisi auctoritate Pontificis, firma essent: vt, sicut Benedictus 3. ad Igitur Rhemensem Archiepiscopum de Synodo eius à Pontifice Romano confirmanda ante septingentos annos scripsit, quæstio indè nullis aliquandò temporibus oriatur: & adspirantes in Deo anhelitus, compressi funditus perpetuò manent, nè amplius illorum contradicentium aduersitatibus Dei conturbetur ecclesia, sed omnibus eruta fœua per tractationis erroribus, unita semper in Christo permaneat. Ob eandem causam Leo magnus Chalcedonensem Synodum confirmauit, vt ipse in epistola ad Marcianum Imperatorem testatur: Nè, inquit, per malignos interpretes dubitabile videatur, vtrum, quæ in Synodo Chalcedonensi per vnanimitatem vestram de fide statuta sunt, approbem, hæc ad omnes fratres & Coëscopos nostros, qui prædicto concilio interfuerunt, scripta direxi, & quæ sequuntur. Hęc quoquæ fuit causa, cur Tridentina Synodus contra xatatis nostræ hereticos habita, nupér à Pio 4. Pontifice Romano confirmaretur. ad Pontificem enim pertinet ἵππιοτῆσιν ὑπόφασιν, id est, confirmare, ac ratam habere Synodi sententiam, vt Photius Constantinop. ad Nicolaum primum scripsit. & magnus Basilius cùm peteret à Pontifice Rom. vt mitteret Legatos suos ad Orientem cum Aëtis concilij Ariminensis, vt ea rescinderet, confitetur Pontificem Rom. πιπίταντα ἀνθετὴν (hoc enim verbo vtritur) id est, ius & authoritatem habere in his, vt ex epist. eius ad Athanasium, in qua hæc scribit, perspicere potest. Immò illud h̄ic obseruatione dignum est: cùm dixit Quid in Act. beatus Petrus, Ab antiquis diebus elegisse Deum gentes, vt audirent verbum euangelij per os eius: id est, eos, qui aderant, scire, significasse τὸ ἀνθετὴν, quod Petrus id est, authoritatem sibi à Deo datam, quæ conuenienter scripturæ sanctæ dixit, elegisse ad confirmandam fidem omnium, & verbi prædicationem pertineret: hac Deum gentes, enim ratione τὸ ἀνθετὴν, id est, authoritatis excepta, æquè omnes ad prædicandum verbum euangelij Deus elegerat: sed ratione, vt dixi, authoritas ipse erat os omnium.

Quomodo ex locis scripturæ sanctæ de confirmandis fratribus in fide per Petrum, concludatur, super Petrum ædificatam esse ecclesiam: & quomodo qui Petrus propriè vocatus es, idem quoquæ Petra translate secundum consuetudinem scripturæ dictus es: & de comparatione promissionis factæ Abram cum promissione facta Petro, & de testimonij veterum patrum Græcorum & Latinorum, qui sic interpretati sunt, Super hanc Petram, id

Z 3 es,

*et super Petrum, Tertullianus, Cyprianus, Athanasius, Ambrosius, Hilarius, Eusebius Alexandr. Hippolytus, Hieronymus, Augustinus, Cyrilus, Theodoretus, Theophanes Cerameus, Basilios, Chrysostomus, & alij. Cap. 6.*

**S**atis hactenùs, vt opinor, exemplis scripture sanctæ demōstratum est, quemadmodum beatus Petrus, vt ei Dominus præcepit & sanxit, fratres in fide sua, pro qua Dominus orāisset, firmauerit. Ex quibus locis, apud eos quidem, quos aut tarditas ingenij, aut malitia non impedit, quin consequentia & repugnantia videant, clare iam apparet, Ecclesiam Catholicanam super eum esse ædificatam, cui Dominus mandauit, vt fratres & fratribus ex qua trum ecclesiæ in fide, instar petræ, fulciret ac solidaret. Etenim si concedant Petro hanc autoritatem firmandi fratres in fide, vident certè necessariò consequens esse, vt simul concedant, super eius autho ritatem ad firmandum in fide sua, pro qua orauit Dominus, ædificata esse ecclesiam fratrum. Nam si non potest esse ecclesia fratrum, nisi autoritate eius stabilitur ac firmetur, ergo super eam ædificatur: quod enim non firmatur, super id, quo firmum efficitur, ædificatur. Super Petrum igitur habentem autoritatē ad firmandum in fide sua, ædificata est ecclesia, authoritas enim non potest esse separata ex eis, id est, secundūm habitudinem, ab eo cuius est authoritas, quārē necessariò confitendum est, quod Dominus dixit, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: perinde esse, ac si diceretur, Tu es Petrus, sic enim voluit Dominus, vt propriè vocaretur, cùm ei dixit, Tu es Simon Iona, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus: & super te, qui posthac eris petra, ædificabo ecclesiam meam. Itaque, quem vocauerat Petrum, nomine imposito à petra, vt beatus quoq[ue] Hieronymus in commen. Matth. testatur, rursus statim vocavit petrā metaphorico, sive taphoricè, nomen enim, quod lapidi conuenit secundūm naturalem firmatatem, ad Petrum propter firmatatem fidei eius, & propter firmandi in ea Consuetudo fratres authoritatem, translatum est: sicut alijs Scriptura sancta facere solet, transire scilicet à proprio nomine ad translatum. vt cùm ait: Videl Pe- scundi à prot'rum, & Andream fratrem eius, mītentes retia: erant enim pescatores: & p'ro nomine ait illis, Venite post me, & faciam vos fieri pescatores hominum. & apud al translatū. Lucam, Stupor, inquit, circundederat eum, & omnes, qui cum illo erant, ήτι τὴν ἀγαράνθη χθύωμ, id est, super captura piscium: & Dominus dixit, Noli timere: ex hoc iam homines eris capiens. Grācē est, ζωγόη, dictum ἀπό τοῦ ἀγραντοῦ ζώνη, id est, à præda viua, ratione carente, cui propriè conuenit, translatum verò est ad homines. Ecclesiam igitur ædificatam esse super Secet ædificatā dem Apostolicam, id est, Romanam, vt sanctus Anacletus ait, quod Magdeburgenses accusant, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant, est esse ædificatam super firmam fidem & immobilem Rō apostolicam. ma. pontificis autoritatem: Hoc enim significare solet in scriptura sancta Psal. 92. sedes, vt veteres obseruārunt, τὸ ἱερᾶς μητροκαθηδραῖον; vt illud, Parata sedes tua

tuā extunc. Sedem itaque vocauit sanctus Anacletus metaphorice eum, quem Dominus translatè quoquè vocauit petram *πέτραν οὐ γέγενται, id est,* propter firmitatem fidei, pro qua Dominus orauit, & in qua firmare fratres iussit. Quod si adhuc contendunt isti, non esse accipendum de Petro, quod Dominus dixit, Et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: quęramus rursus ab eis, quarè Dominus nomen mutauit Simoni, cùm dixit ei, Tu vocaberis Cephas: quod nomen idem postea interpretans, à petra, quam Syri & Hebræi propter linguę viciniam Cephān vocant, ut beatus Hieronymus in comment. epist. ad Galatas, author est, Petrum vocauit, cùm ei dixit, Et ego dico tibi, quia tu es Petrus: quod perinde est, quasi diceret: Et ego impono tibi nomē Petrus, vt Marcus euangelista interpretatur, cùm ait, Et imposuit Simonis nomē Petrus. Dictū est, vndē sit appellatus Petrus, scilicet à petra. Quarè aut sic à petra appellatus fit, statim declarat idem Dominus, subiungens: Et super hanc petrā ædificabo ecclesiā meā: illa enim coniunctio &, pro Quia, accipitur hoc loco: vt solet aliās frequenter in scriptura. Ut sit perinde, ac si diceret: Hoc nomen Petrus à petra tibi impono, quia super te tanquam super petrā ædificaturus sum ecclesiā meam. Sic etiā, cùm Deus nomē imposuit Abraæ, mutato vetere, causam cōtinuū reddidit, postquam enim dixit, Tu vocaberis Abraā: statim subiungit, Quia patrē multarū gentiū te constitui: hoc enim sonat nomen Abraæ, Patrem multitudinis. Hoc ergo nomine Abraæ voluit Deus testatum esse omnibus & notum, qui essent in filijs Abraæ & Dei, habendi: scilicet, non filij carnis, id est, nati ex sanguinibus, sed nati ex aqua & spiritu S. secundūm Dei promissionem, sicut Isaac natus est Abraæ secundūm promissionem, non ex sanguinibus: ( delierant enim Sarra fieri muliebria, sicut scriptura testatur) id est, natus est, non agente natura, sed gratia & virtute Dei, qui hoc promisit Abraæ, cùm esset corpus eius ( vt Apostolus ait) emortuum: quippe qui erat propè centum annorum, & vulna Sarrae emortua. Vnde pulchrebeatus Chrysostomus conferens ortum nostrum spiritualem cum illo Isaac secundūm promissionem, sic in homilia de mutatione nominis Pauli & Abraæ, scribit, ὥσπερ γάρ ἐκεῖ χάριτος εἰργάσατο, οὕτω καὶ ἐγενότα προῆλθεν ἐκεῖνος ἀπὸ μῆτρας κατεψυχμένος, ἀνέβησεν σὸν ἀπὸ ὑδάτων φύγων. ὥσπερ οὖν ἐκείνῳ μῆτρα, τοῦτο τοι ἡ πολυμεθύρια, εἶδεστόκου συγγένειαν. εἶδεστ χαριτος σωματικαν, εἶδεστ πανταχοῦ τὴν φύσιν σχολάζουσαν, καὶ τὴν δύναμιν τοῦ βεοῦ τὸ πᾶν ἐργαζομένην, διὰ τοῦτο κατ' ἐπαγγελεῖαν τέκνα ἐσμὲν. Interpretemur nos eidem fere verbis: Vt enim, inquit, gratia illic operata est, sic etiam hic. editus est ille ex utero, qui frigore obrigerat: & tu ex aquis frigidis ascendisti. Quod igitur illi fuit uteruſ, hoc tibi fons baptissimi. Hæc cognatio utriusque partus: hæc consensio utriusque gratiæ. utrobique vacat natura. Omnia efficit vis Dei. ob hanc causam filii sumus secundūm promissionem Isaac. Hactenū de Abraam patre multarum gentium,



## PRO EPISTOLIS PONTIF.

154

*Comparatio  
fidei Abrae,  
& promissio  
nis ei facte,  
cum fide Pe  
tri, & pro  
missione ei  
facta.*

Gen. 17.

Sap. 6.

Act. 10.

Matt. 16.

tlum, & de mutatione nominis eius: in quo tanquam in columna perpetua, ut ait idem Chrysostomus, promissionem Deus inscripsit. Redeamus ad Petrum, multarum quoque gentium, id est, innumerabilium ecclesiarum patrem & rectorem, in cuius nomine a Domino imposito, & a petra ducto, tanquam in columna quadam ante conspectum omnium collocata, monumentum ecclesiae super eum edificata, & promissionis fidei nunquam defectum positum a Christo est, quo etiam maximè admonerens voluit, tandem ecclesiam aliquam, ecclesiam Dei esse, quandiu super Petrum edificata esset. Hoc enim significavit, cum dixit, Et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Perinde enim est hoc, ut si diceret, non erit mea ecclesia, nec ego ero Deus eius, nisi sit Petri ecclesia secundum fidem & obedientiam. Ad eundem enim modum postquam dixit Abrae, Vocaberis Abraam, quia patrem multarum gentium te constitui: subiungit paulo post, Et statuam pactum meum inter me & te, & inter semen tuum post te in generationibus suis fœdere sempiterno, ut sim Deus tuus, & seminis tui post te. Quæ hanc vim habent, vt si dictum sit, Non ero Deus, nisi eorum, quorum tu eris pater secundum fidem & promissionem. Quod si Abrae fides meruit, ut fieret pater multarum gentium: cur haeretici & schismati ci non credunt, insignem illam Petri fidem, principatum omnium ecclesiarum Dei meruisse, ita ut super firmamentum potestatis eius Episcopalis, ecclesia catholica, tanquam super petram firmam edificata esset? idcirco enim quem Petrum propriè appellauerat, statim aptissima translatione petram (ut paulo ante dixi) appellauit, quasi firmamentum: quia is, qui bonis legibus alijs præst, firmamentum est solidum statu eorum, sicut in sapientia Salomonis scriptum est: Rex sapiens stabilimentum populi. Sed videamus, quæ illa insignis & illustris fides Petri fuerit, cui isti tantum principatum ecclesiastice hierarchiae deferre nolunt. fuit enim fides totius Trinitatis: Tu es enim (inquit) Christus filius Dei viui, id est, filius genitus ex substantia Dei patris, cuius vita vera est ipsa natura diuinitatis. Cum autem confessus est Petrus, esse Christum filium Dei naturalē, in eo simul confessus est spiritum sanctum, a quo unctus est, Deo patri & Deo filio æqualem ac consubstantialem. Si enim spiritus sanctus in vngendo Christum minister fuisset gratia alterius, quomodo (inquit beatus Cyrillus lib. 7. de Trinitate) potuisset Christus esse ab eo unctus, ut esset Rex? Iesum Christum enim a Nazareth unxit Deus spiritu S. & virtute, ut idem Petrus in Actis Apost. ait. Quod quidem tunc pater cœlestis eidem reuelauit, cum reuelauit esse Christum filium Dei viui: Nec enim reuelare potuit Petro, esse hunc verum Christum, id est, verē & diuinē unctum, ut potè filium Dei factum hominem, nisi fidem spiritus S. a quo erat unctus, reuelaret. Hæc ergo est illa fides admirabilis, quam non caro & sanguis Christi Petro reuelarunt: quia non cepit hanc fidem Petrus, eō quod Christum secundum carnem cognosceret, immo hoc potius obstat. Sic enim beatus Hieronymus

mus in libro, quem de circuncisione scripsit, interpretatus est. Nunquid enim ait, caro & sanguis Petri obstabant, quin filius Dei diceretur? non, inquam, sed potius Domini caro & sanguis, in quibus dum homo cernitur, quod erat Dei filius, non credebatur esse quod erat. Impossibile enim hominibus videbatur, Deum credere esse, cum hominem viderent: & tantam maiestatem, in qua inhabitat omnis plenitudo diuinitatis, quam ipse non capit mundus, in corpusculo etiam despectare imaginis inclufam. At ergo: Non haec caro mea tibi & sanguis me esse Dei filium prodiderunt: immo ista non patiuntur, me hoc credi. Hactenus interpretatio Hieronymi. Quid igitur rationi conuenientius, aut diuina admiratione & laude dignius fieri poterat, quam ut is toti ecclesiae catholicæ præficeretur, qui & primus, & nomine omnium Apostolorum, excellentissimam illam totius Trinitatis fidem testatus & professus est? in cuinis professione per baptismum regeneramur, ac membra ecclesiae efficimur: & ad ecclesiam primogenitorum, qui conscripti sunt in celis, accedimus, digni habiti, sicut Apostolus ait, in partem fortis sanctorum in lumine. Quod si isti (dicam iterum) fidem Abræ meruisse credunt, ut fieret pater multarum gentium, cur non sit eisdem credibile, meruisse hanc tam ac tantam fidem Petri, ut fieret pater & rector multarum ecclesiarum? Ac rursus, si Deus fidem Abræ ita honorare voluit, ut illos tantum voluerit suos esse, scilicet eorum Deum, qui essent filii Abræ secundum fidem: cur isti credere nolunt, ita Christum Dominum beatum Petrum, ob fidem illam admirabilem totius Trinitatis, honorare voluisse, ut illam tantum ecclesiam suam esse voluerit, scilicet illius Deum esse, quæ esset Petri? Hoc enim significabat, ut paulo ante dixi, illud, Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: ut perinde esset, quasi dicaret, Illa erit ecclesia mea, & ego illius Deus, cui tu præteris, & successores tui post te in generationibus suis: Hi enim sunt semen quoddam spirituale beati Petri principis Apostolorum. Denique, si Deus Abræ promisit, in- Gen. 22. quiens, Posidebit semen tuum portas inimicorum suorum, (quia scilicet Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum, sicut beatus Ioannes ait: 1. Ioan. 5. & haec est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra) & hanc promissionem factam Abræ, hereticini non negant: cur potius negare audent, quod beato Petro promisit, aduersus ecclesiam, quæ super eum ædificata esset, nullas vires portas inferorum unquam habituras esse, id est, nunquam esse interitaram, quia scilicet nunquam fides ecclesiae Romanæ, pro qua Christus orauit, defectura esset? Interitum enim significant hic portæ inferi, ut Euseb. Cæsareen, in libris de demonstr. Euang. annotauit. Sed qui plura in hunc locum Euangelij, de ecclesia super hanc petram ædificata, desiderauerit, nè eadem hic repetamus: legat, si placet, qui ex scripturis sanctis cum eo loco ad interpretationem collatis, in primo libro de summi Pontificis supra concilia authoritate, iam pridem scripsimus. Adhibeamus verò deinceps testimonia eorum, qui sic hunc locum euangelij inter-

Aa      pretati



pretati sunt, nè quid à nobis aduersus prauos interpretes scribentibus requiratur: testimonia dico veterum patrum, doctrina & sanctitate præstantium, qui petram de Petro, super quem ædificata sit ecclesia, accepterunt, quòd si illos quoquè, quanuis non Pontifices, neque apud Magdeburg, hac ratione inuidiosos, indoctissime tamen & insulissime interpretatos homines superbissimi dixerint, ut de Anacletō Apostolico pōtifice dicere ausi sunt, more suo facient qui, quæ ignorant, blasphemant: & quæ nolunt, negant, sed spero rursùs & confido, plerosque eorum, quos ipsi iam deceperunt, cùm hæc legerint, istorum potius non solum ignorantiam & malitiam, sed amentiam & temeritatem cognituros. Beatus ergo Hieronymus incredibili lectione & eruditione, & in literis sanctis exercitatis simus, in epistola ad Marcellum aduersus Montanum: Petrus, inquit, super quem Dominus fundavit ecclesiam: & si hoc loco Erasmus homo audax, nè dicam, præceps, ausus est Hieronymum reprehendere. Hoc, inquit, in præsentia detorquet ad commendationem Petri, nec enim Petrus est fundamentum ecclesiæ, cùm Paulus dicat, Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus. Non distinxit iste author, quid interfit inter fundamentum *ἱαρχικόν*, spiritum subministrans, & vt Apostolus ait, caput super omnia, quod est Christus Iesus: & fundamentum hierarchicum, & *ἱπερηφυκόν*, hoc est, ministeriale, cui spiritus subministratur, caput sub Christo; & ex numero omnium creaturarum, quod est Petrus. Nemo itaq; potest ponere aliud fundamentum *ἰσότιμον καὶ αὐτούσιον*, id est, æqualis honoris, ac per se forte, præter id, quod positū est, quod est Christus Iesus. Sed prosequamur testimonia. Rursus idem Hieronymus in Commen. Matth. Ac secundūm metaphorām petræ, recte (inquit) dicitur ei, ædificabo ecclesiam meam super te. Item in commentarijs Hieronymi prolixioribus, eruditissimis, quos in psalmos scripsit, qui in multis bibliothecis manu scripti extant, psal. 15. Immutabo (inquit) nomina illorum, & de Simone Petrum faciā, quia super petram illius, mea fundata est ecclesia: de filijs Zebedēi, filios tonitru: sublimia enim illis euangelij commissurus sum sacramenta. Rursus idem Hierony. in Esa. cap. 2. Vnde super vnum, inquit, montium fundat ecclesiam, & loquitur ad eum, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Nescio an audebunt dicere Magdeburgenses, qua sunt impudentia, indoctissimum quoquè Hieronymum, sicut Anacletum ausi sunt. Cyrilus ἐν τοῖσ έορτασι κοῖσ πέρα γάρ καλέσαι, καὶ τὰς κλεῖτ τῆς ἐκκλησίας πισεύεται, πέρα δὲ οἷμα παρωνύμωσ ἑτερογ οὐδὲν ἡ ἀκατάτεισος καὶ ἐδραιοτάτη τοῦ μαθητοῦ πίσισ κέκληται, ἐφ' ἡ καὶ ἀδιαπτώτωσ ἐρήμεισαι καὶ διαπέπηγεν ἡ ἐκκλησία χρισοῦ καὶ ἀνταῖς ἀνάλωτος ταῖς ἀδου πύλαισ εἰς ἀὲ διαμένσα. Interpretetur Latinè: Petra, inquit, vocatur, & ei claves ecclesiæ creditæ sunt. Petra verò nihil aliud, ut arbitror, vocatum est nomine ducto à Petro, quam immobilis & firmissima

E. Cor. 3.

ma discipuli fides, super quā ecclesia Christi ita fundata ac fixa est, vt sub-  
uerti non possit, & à portis inferni perpetuō tuta ac in columnis duret. Cūm  
ait Petrum vocari petram in euangelio, & rursus nihil aliud vocatum esse  
petram, quām fidem Petri, significat Petrum vocatum esse petram à firmi-  
tate & immutabilitate fidei suæ: hęc verò duo, Petrus fide firmus, & firma  
Petri fides, non re, sed cogitatione tantum separantur. August. in lib. contra  
epist. Donati: In Petro, ait, tanquam in petra fundatam esse ecclesiam. quā  
sententiam atque loci euangelici interpretationem, authoritate beati Am-  
brosij multorum ore celebratam, probauit libro priore retract. cap. 21. sic  
enim ait: Qui sensus etiam cantatur ore multorum in versibus beatissi-  
mi Ambrosij, vbi de gallo gallinaceo ait: Hoc ipsa petra, ecclesia canente,  
culpam diluit, deinde subiungit idem August. Sed scio me postea sēpissi-  
mè sic exposuisse, quod à Domino dictum est, Tu es Petrus, & super hanc  
petram ædificabo ecclesiam meam, vt super hanc intelligeretur, quem con-  
fessus est Petrus, dicens: Tu es Christus filius Dei viui: ac si Petrus ab hac  
petra appellatus, personam ecclesiæ figuraret, quæ super hanc petram ædi-  
ficatur: & accepit claves regni celorum, non enim dictum est illi, Tu es pe-  
tra: sed, Tu es Petrus. Petra autem erat Christus, quem confessus Simon, I. Cor. 10.  
sicut eum tota ecclesia confiteratur, dictus est Petrus. Priorem sententiam  
authoritate versiū beati Ambrosii, & approbatione multorū eos canenti-  
um probauit. de posteriore vero sensu, quia dubitabat, & nullius veterum patrū authoritate probare poterat, admōnere voluit inter cetera, quæ à se aliquando dicta non probat, aut suspecta habebat, cuiusmodi est hoc. id circō subiungit, Harum autem sententiarum, quæ sit probabilior, eligat le-  
ctor. Nos igitur priorem eligimus & sequimur, quæ non solum probabili-  
or est, sed huius loci euangelici magis propria. Non negamus ecclesiam esse fundatam super Christum, eumq; esse petram, sicut scriptum est, Petra aut  
erat Christus, sed illud affirmamus, scripturæ sanctæ & sanctorum patrum  
authoritate confirmati, Christum, qui est verum ecclesiæ suę fundamen-  
tum, ædificasse ecclesiam super Petru tanquam super petram: sicq; eum ap-  
pellasse translate à fortitudine & firmitate fidei eius, pro qua etiam idem  
Dominus posteā orauit, nē vñquam desiceret: & vt ea cæteros fratres fir-  
maret, eidē mandauit. Item B. Cyprianus fundatam esse ecclesiā super Pe-  
trū frequenter affirmat in lib. de vnitate ecclesiæ, lib. 1. epist. epist. 3. lib. 4.  
epist. 9. in tractatu 2. de habitu virginum, ser. 3. de patientia, & in epist. ad  
Quintinum, quos omnes locos Magdeb. in 2. centur. cap. de doctrina di-  
ligenter quoquè notarunt. credo, vt studium legendi ostentarent: vtinam  
sic possent studiū intelligendi. Tertul. in lib. de pudicitia, Super te, inquit,  
ædificabo ecclesiam meam: & dabo tibi claves, non ecclesiæ. & quæcum-  
que solueris, vel ligaueris: non quæ soluerint vel alligauerint. Sic enim  
& exitus docet, in ipso ecclesia extructa est: id est, per ipsum ipse claves  
imbuit fidei. Haec tenus Tertull. Athanasius & Synodus Alexandrina in

*De retracta-  
tione Augus-  
tino in interpreta-  
tione eius su-  
per hanc pe-  
tam, id est,  
Christum.*

*Luc. 22.*

Aa 2 epist.

epist. ad Felicem Pontificem Rom. Tu, inquirunt, es Petrus, sicut veraciter dicit diuinum eloquium, & super fundamentum tuum ecclesiæ columnæ sunt confirmatae. Theodoreus in epist. ad monachos Constantino p. interpretans hunc locum euangelij, Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, sic ait, Καὶ ταῦτα πᾶς ὁ μολυβός κρατεῖται, id est, hanc confessionem Petri roborans, super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & rursùs in epist. ad Eulalium Episcopum Armeniæ Persicæ, sic ait: Et beatum Petrum, cuius confessionem tanquam rupem quandam fundamentum ecclesiæ collocauit, permisit τελευτὴν καὶ ἀρνητὴν, id est, concuti & negari, & rursùs illum erexit. Non dixit simpliciter, Confessionem fidei, fundamentum esse ecclesiæ, vt hæretici dicunt, sed Petri confessionē fidei: confessio enim fidei, quæ sit ecclesiæ fundamentum, est illa confessio fidei firmæ, quæ fuit Petri, & permanet in successoribus eius. Est itaque aduentum, vt iterum admoneam, nè quis erret, vnum idemq; esse re, fidem Petri firmam, & Petru in fide firmum, ac proinde vnum idemq; esse re, ædificatam esse ecclesiam super Petrum in fide firmum, tanquam petram: & ædificatam esse super fidem Petri, siue confessionem Petri firmam, tanquam petram siue rupem. Vtraque enim cogitatione quidem distingui possunt, re vero non possunt, quod quidem quia Magdeb. non considerarunt, nec intellexerunt, sic in Centuria 5. de primatu loquentes, scripserunt: Fundamentum illud, Tu es Petrus, &c. quo Gelasius & alij, Felix Rom. Episcopus eneruat in epist. ad Zenonem Imperatorem, in qua super confessionem Petri Iesum ecclesiam ædificasse indicat. Hęc isti. Super confessionem ergo Petri, dixit Felix, pro eo quod est, Super Petru consitentē, re enim ista, vt dixi, separari non possunt. Theophanes cognomēto Cerameus, Archiepiscopus Tauromenii in Sicilia, author in scripturis valde exercitatus & eruditus, in sermōe de sanctis Apostolis, sic ait: Ἐγώ δὲ τοὶ λέγω, θτι σὸν ξιπέτροσ, καὶ ἐπὶ τῆς ταύτης πέτρᾳ οἰκοδομήσω τὴν ἔκκλησίαν, σὺ φησὶ πέτρος ἀνπέτρα γενήσεται κατὰ λόγον πίστεως καὶ τῆς ἑδραζομένης ἔκκλησίας θεμέλιος, καὶ πρώτη τῆς πνευματικῆς οἰκοδομῆς ἀφορεῖ. ἐπὶ ὅμοιογίᾳ γάρ ταῦτη τῆς ἔκκλησίας θεμέλιος στήσεται, τοιάντης γάρ τῆς κρηπίδος τεθέσιος καὶ τὰ λοιπὰ δόγματα ἀσφαλῶς οἰκοδομήσεται. Interpretetur Latinè: Ego vero, inquit, dico tibi, quod tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: Tu, inquit, qui Petrus es, petra fies fidei verbi, & ecclesiæ firmata fundamentum, ac spiritualis ædificationis primus editus. Super hanc enim confessionem fundamentum ecclesiæ stabit: tali namq; petra ac rupe collocata, reliqua dogmata firmè ac tutè ædificabuntur. Magnus Basilius in commentarijs Esa. c. 2. interpretans illum locum, Et erit in nouissimis diebus præparatus mons Domini: Dominus Domini, inquit, in summis montium, ecclesia est, vt dixit Apostolus, oportet scire, quomodo oporteat in domo Dei conuersari, quæ est ecclesia Dei viuentis, cuius fundamenta sunt in montibus sanctis, ædificata enim est

1. Tim. 3.  
1. sal. 186.  
Eph. 2.



est super fundamentum Apostolorum & Prophetarum. Deinde subiungit: Vnus ex his montibus fuit Petrus, quem petram appellauit, propter firmatatem maximam fidei, & infractum robur animi ad non cedendum iustibus tentationum & periculorum, super quam petram promisit Dominus ædificare ecclesiam suam. Haec tenus Basilius. Rursus idem Basilius in sermone de pœnitentia, cum audisset, inquit, petra es, laudem tulit: et si enim petra est, no, vt Christus, petra: vt Petrus, petra. Christus enim est verè petra immobilis: Petrus vero, propter petram scilicet, est immobilis. donat enim Iesus dignitates suas, non exinanitus & exhaustus ipse, sed habens largitur. Lux est: Vos estis lux mundi. Sacerdos est: facit sacerdotes. Hactenus Basilius. Itē Eusebius Episcopus Alexandrinus, de quo meminit Anterus Pont, in epistola sua, in homilia de resurrectione, explanans illud, Dicite discipulis eius & Petro: Dic, inquit, Petro, veni, ne metuas, οὐκ ἡλάπτωσά σε τοῦ χοροῦ τῆς δόσης, οὐκ ἔχωρισά σε τῆς ἀξίας, οὐκ ἔστησά σε δεύτερον ἀλλου, οὐ δέδωκα ἀλλω τὰς χλεῖς τῆς βασιλείας τῶν ὄυρανῶν. μή δειλιάσης πέτρε, διοστέντηρχεσ, τοιοῦτος καὶ εἶ, οὐ ἔχεις θέαν: τῆς γῆς, ἐξαι δεδεμένον ἐν τοῖς ὄυρανοῖς. μὴ φοβεῖθης πέτρε, διεπιγγειλάμην τεληρῷ. έτοι τῇ πετρωμένῃ σοῦ τάσει στοκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, vt non timeret Petrus, ne propter negationem, dignitatem apostolici principatus amisisset, Veni, inquit, ne timeas: nihil tibi de gloria chori Apostolici minui: non te à dignitate remouiri: non feci te secundum infra alterum: no dedi alteri claves, ne timeas Petre, qualis eras, talis es. quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum in celis, ne timeas Petre, quod promisi, impleo: super terram fidem, quæ sit petra, ædificabo ecclesiam meam. fidem non alterius, sed quæ in Petro, vocavit petram, super quam promittit ædificare suā ecclesiam. Beatus Hilarius lib. 6. de Trinitate, loquens de Petro Christum Dei viui filium confessio, Super hanc igitur, inquit, confessionis petram, ecclesiæ ædificatio est. Sed quia hoc Magdeb. vt sunt peruersi interpretes, male interpretabuntur, item illud quod paulo post sequitur, haec fides, ecclesiæ est fundamentum, necessaria cautio est, vt beatum Hilarium à falsa istorum interpretatione & peruersa intelligentia vindicemus ac defendamus. Ergo super hanc petram cōfessionis, ecclesiæ, inquit, ædificatio est: recte quidem & verissimè, sed quæro, confessio ista, super cuius petram ædificatio est ecclesiæ, cuiusnam hominis est, authore etiam Hilario, an cuiuscunq; an haec fides in quo cunque sit, erit is ecclesiæ fundamentum? nec enim fides separata esse potest, quin alicuius sit, eius scilicet in quo est. vide quid sequitur, Haec fides, subiungit Hilarius, regni cælestis habet claves: quæro hic rursus, cuiusnam haec fidei nullius fortasse, aut omnium: vt vel nullus sit, qui claves habeat regni cælorum, vel habeant omnes, quicunque fidem hanc habent, atque ita Christus vel non promiserit Petro, inquiens, Tibi dabo claves regni cælorum: vel omnes in hac confessione beatos prædicauerit, & omnes fecerit Petros, o cæcam istorum tarditatem. Ergo cum post illam beatissimam

Aa 3 mam



mam confessionem à Deo patre primum magnificè reuelatam Petro, dixerit, Tibi dabo claves regni cælorum, qui (vt ait idem Hilarius) promeruit super eminentem beatæ fidei suæ confessione locum, consequens necessariò est, vt in toto isto loco Hilarij, intelligenda sit confessio & fides Petri. Itaq; cùm ait, Super hanc igitur cōfessionis petram ecclesia ædificata est, petram confessionis Petri intelligere oportet. Item cùm ait: Hæc fides, ecclesiæ fundatum est: fides, inquam, Petri: hoc est, Petrus hac sua fide ecclesiæ fundamētum est: sicut illud, quod statim sequitur, Hæc fides regni cælestis habet claves: hæc fides, Petri scilicet, & non, vt in Hilario, quem Erasmus non tam correxit, quām more suo diuinando & audendo, & vt sibi videbatur, sentiendo, deprauavit, peruersè notatum est in margine sic, Fides, ecclesiæ fundamentum, habet claves regni cælorum: & rursus in eodem loco lib. 6.

*De Erasmi falsis annotationibus in margine Hilarij de adiunctione ecclesie super confessionis petram, aut super fidem.*

Sic, Super confessionis petram est ædificatio ecclesiæ: cùm potius super petram confessionis Petri, sit ecclesiæ ædificatio: & fides Petri, ecclesiæ fundamentum, habeat claves regni cælestis, id est, Petrus propter hanc fidem habuerit claves regni cælorum: in qua potestate & fide iuxta orationem Dñi, pontifices Romani, Petri principis Apostolorum successores sunt usque ad consummationem seculi. Sed quod interpretamur, Hæc fides claves regni cælorum, id est, hæc fides Petri: Petrus, inquam, propter hanc fidem habet claves regni cælorum, si mihi non credunt Magdeb. Icredant saltem illi ipsi Hilario sui interpreti, qui paulò post, Ob hoc, inquit, beatus est: hæc reuelatio patris est: hoc ecclesiæ fundamētum est: hæc securitas eternitatis est. Deinde subiungit tanquam sui interpres: Hinc regni cælorum habet claves: hinc terrena eius iudicia, cælestia sunt: vt quæ paulò supra de fide & petra confessionis dixerat, aperte de Petro propter fidem & constantiam confessionis eius accipi voluerit. hanc formam loquendi plerique Pontifices post beatum Hilarium fecuti sunt: vt illud, Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, sic interpretarentur, id est, super hanc fidem, aut super hanc confessionem, vt Leo magnus, Agatho, Nicolaus primus, Adrianus primus, & alij, nō omnes enumerem. Sed admonui iam, nihil referre, siue Petrus propter firmitatem fidei, petra metaphorice dictus sit, vt magni authores tum Græci, tum Latini, interpretati sunt: siue fides ipsa beati Petri, propter ipsius firmitatem, utrumq; enim verum est: immo sola ratione hæc duo, vt sapius dicam, distinguuntur. non enim cùm super Petrum ædificata est ecclesia, ædificata est super carnem Petri, sed super fidem Petri, quæ nō humana, sed diuina erat, quam nō caro & sanguis Petro, sed pater cælestis reuelauit. Unde beatus Chrysostomus homilia in pentecosten, interpretans illud, Super hanc petram ædificabo ecclesiæ meam. Non dixit, inquit, Super Petrum ædificabo, non enim super hominem, sed super fidem Petri. Petrus igitur non per carnem suam, sed per fidem diuinitus ei reuelatam, fundamentum ecclesiæ est loco Christi, qui eum posuit. Rursus idem Chrysostomus in homilia de Petro & Elia: Quia quod est in euangelio, Super hanc petram: sic intel-

*De interpretatione locorum Hilarij ex ipso Hilario.*

beatum Hilarium fecuti sunt: vt illud, Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, sic interpretarentur, id est, super hanc fidem, aut super hanc confessionem, vt Leo magnus, Agatho, Nicolaus primus, Adrianus primus, & alij, nō omnes enumerem. Sed admonui iam, nihil referre, siue Petrus propter firmitatem fidei, petra metaphorice dictus sit, vt magni authores tum Græci, tum Latini, interpretati sunt: siue fides ipsa beati Petri, propter ipsius firmitatem, utrumq; enim verum est: immo sola ratione hæc duo, vt sapius dicam, distinguuntur. non enim cùm super Petrum ædificata est ecclesia, ædificata est super carnem Petri, sed super fidem Petri, quæ nō humana, sed diuina erat, quam nō caro & sanguis Petro, sed pater cælestis reuelauit. Unde beatus Chrysostomus homilia in pentecosten, interpretans illud, Super hanc petram ædificabo ecclesiæ meam. Non dixit, inquit, Super Petrum ædificabo, non enim super hominem, sed super fidem Petri. Petrus igitur non per carnem suam, sed per fidem diuinitus ei reuelatam, fundamentum ecclesiæ est loco Christi, qui eum posuit. Rursus idem Chrysostomus in homilia de Petro & Elia: Quia quod est in euangelio, Super hanc petram: sic intel-

intelligebat & interpretabatur, id est, super Petrum propter fidem eius firmissimam, idcirco Petrum vocat τὸν ἡρακλέα τὸν ἀσάλιτον, id est, rupem immobilem τὴν πέτραν τὴν ἄρρενα, id est, petram, quæ scindi non posset τὸν πρῶτον ἱκαλεῖσθαι τὸν πύργον τὸν ἀσάλιτον, id est, primum ecclesię, & arcem, quæ quatefieri non posset. sanctus Nilus in epist. ad Eusebium Sacerdotium, inquit, suscepérunt homines similes nobis, & carne & sanguine compositi, ut cùm aliquem in crimen depræhenderent, de proprijs peccatis admoniti, humanitatem erga homines sui generis ostenderent: vt cerni (inquit) potest in Petro, primo lapide ecclesię, qui positus est ἐκ μιτανίας κερυφή, κεφαλή, κολλή ἀκρότης χροῦ τῷ μὲν ποστόλῳ, id est, post pœnitentiā vertex, caput, & fastigium chori Apostolorum. Primum lapidem ecclesię appellauit Petrum, sic illud euangelij interpretans, sicut per traditionē maiorum secundūm scripturas didicerat. Super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Postremo, tempus enim me deficiet, si omnes enumerare velim, Hippolytus martyris & Episcopus Portuensis, in libro de cōsummatione seculi & Antichristo. Petrus, inquit, petra fidei, & magister ecclesię, princepsq; discipulorum, qui claves regni habet. Et Synodus magna Chalcedonensis in actione 3. de beato Petro ait, Qui est petra & crepido ecclesię catholicę & rectę fidei. Item sanctus Theodorus cognomento Studites, eruditissimus author, in epistola ad Paschalem primum, implorás auxilium eius aduersus sanctarum imaginum infectatores. Audi (inquit) Apostolicū caput, pastor ouium Christi, θεωπότερος, id est, à Deo electe, clauiger regni cælorum, petra fidei, super quam ædificata est ecclesia catholica. Leo etiam Imperator cognomento Sapiens, in quodam sermone ex plurimis, quos mirabiliter doctrina & spiritu repletos, composuit, explicans totum mysterium apostolici principatiſ, post resurrectionem (inquit) ter Petrum percontatus, an ab eo diligenteretur, ouium suarū πουμενάρχη, id est, Principem pastorem Christus constituit, deditq; ei pascēdi potestatem, petens ab eo pascēdi curam, tanquam vicem redamandi. idcirco enim aiebat, Amas me? pafce agnos meos. Petrus vero (inquit) cùm intelligeret principatum illum magnum esse, & magnis indigentem viribus, videretq; Ioannem sequentem, illum dico, quem vehementer Christus amabar: Hic (inquit) quid? quod perinde erat, quasi diceret, ménē præfici vis caput discipulis? Hunc vero à te dilectum, qui voluit sedere ad dextram, & matrē præmisit, que peteret, vt unus federet ad dextram: huc, inquam, quid facere iubes? Nè igitur occasiōne erroris aliqui corriperent, quod omnibus discipulis communiter dixisset, Quæcunq; sc̄ lueritis, & quæ sequuntur, respondit Dominus quasi increpans Petrum: Sic eum volo manere, donec rursus veniam, quid ad te? Tu me sequere. Id est, sequere me hoc baculo pastorali: & sicut ego, cùm eram vobis, seruabā vos, vt pater vester & caput ac magister, vigilas pro vobis, sicutu esto meo loco, & sequere me, principatu & potestate ista fratres tuos confirmans: te enim volo esse meo loco. Vnde manet (inquit) usq; in hodiernum diem Petrus sequens Christum in suc-

Ioan. 23.Matt. 20.Matt. 18.

in successore suo. Hac tenus Imperator Leo, cognomento Sapientis dignissimus. Habere ergo principatum & potestatem loco Christi ad confirmandum fratres omnes, quid aliud est, quam esse fundamētum ecclesiarum à Christo positum, super quod ecclesiam suam ædificauerit? Hunc quoquè locum Leonis recitauit Genadius Scholarius in ijs, quæ pro defensione principatū Romani pontificis scripsit, qui Synodo Florentinæ interfuit, & Cōstantinopolitanus Patriarcha postea factus est. Cuius testimoniu, ut mihi quidem videtur, plurimum apud Magdeburgenses valere debet: immò magno eos afficere pudore, quod author Græcus aduersus Græcos, et si nō omnes, multos tamen, ecclesiæ nostræ in hac dignitate aduersarios, patrociniū veritatis, quam vos oppugnatis, publicè tunc suscepit, & suscepto non solùm non est inuidia dissentientium & maleuolorum superatus, sed potius à Deo patrono veritatis, summo honore & dignitate in ecclesia sua auctus. permulta ille ex patribus, ex Synodis, atque historijs in unum caput libri sui congesit, quæ ego libenter prætermisi, quod is liber iam Latinè translatus, propediem sit in lucem exiturus. Omitto plura alia testimonia veterū partium, ab alijs obseruata, & ea qua in lib. 1. confessionis Augustinianæ cap. 9. indicatis locis nupèr notata sunt.

*Quomodo Anacletus non scripsérat, Super hanc petram, id est, super Ecclesiam Romanam, ut Magdeburgenses finxerū: et quomodo, ex eo quod ecclesia catholica ædificata est super Petrum, necessariò sequatur, ecclesiam Rom. cui præcessor successor Petri, esse principem omnium ecclesiarum, et quomodo non credit unam ecclesiam catholicam iuxta Symbolum, qui non credit unam determinatè, unā rursus determinatè non credere, qui caput eius, pontificem non credit.* Cap. 7.

*Quid Magdeburgenses finxerunt in epistol. Anacleti.* **I**llud verò non est dissimulandum, quod cum Anacletus scripsisset in epist. 1. ædificatam esse ecclesiam super sedem Apostolicam, ybi authoritas Petri principis Apostolorum simili tropo dicta est sedes, ut Petrus ipse dictus est petra: Magdeburgenses tamen, ut inuidiosorem apud suos facerent Pontificis Anacleti interpretationem, non super sedem Apostolicam, ut ille ibi scripsérat, sed super hanc petram, id est, super Romanam ecclesiam scripsisse finxerunt. sed fortasse respondebunt, si non in prima, at in tertia epist. sic sanctum Anacletum interpretatum esse, cum ait: Hæc verò sacrosancta Romana & Apostolica ecclesia, non ab Apostolis, sed ab ipso Domino salvatore nostro primatum obtinuit, & eminentiam potestatis super uniuersas ecclesias, ac totum Christiani populi gregem affectua est: sicut ipse beato Petro Apostolo dixit, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: sed nec hoc loco sic Anacletus interpretatus est, ut isti mentiuntur, & si enim ex eo quod ecclesia catholica super hanc petram, id est, super Petrum